Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

effectu est in officiis deliberandis hoc tenere officium
extollere quod teneatur honestate Etenim omni
one prudentia quæ sequitur considerata actio ita fit
ut agere considerate pluris sit quam cogitare prudenter
Atque hæc quidem hactenus

Prefatus est enim locus ipse ut no difficile sit in
exquirendo officio quid cuique sit ponendum unde
In ipsa autem affinitate sunt gradus officiorum ex quibus
quid cuique prestari potest intelligi ut prima diis immorta
libus secunda patrie tertia a parentibus deinceps gradatim
reliquis debeantur Quibus ex rebus breviter dis
putatis intelligi potest non solum id homines solere
dubitare honestum ne an sit turpe Sed etiam duobus
propositis honestis utrum honestius sit Hic locus a pane
gyrico ut dixi est preterpissus si iam ad reliqua properamus

Marci tullij Ciceronis officiorum liber prior expli
cit feliciter Incipit secundus

Quemadmodum officia ducerentur ab hones
tate Marce fili atque ab omni virtutis
satis explicatum arbitror in superiori libro

Sequitur vero ut hec officiorum genera prosequar que pertinent ad vitam cultu et ad cetera rerum quibus utuntur
homines facultate ad opes ad copias in quo tum id
queri dixi quid utile quid futile De quibus dicere
aggredior si pauca prius de instituto ac de iudicio
meo dixero Quamquam cum libri mei complures non